



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Macarivs Alexandr. 2. Ianuarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

I.A.N. *Vita Sanctorum* 19  
flammarum piacularis haberent. Id adeo  
fassus ipse est orci tortor, quem Siculæ  
quispiam eremi incola non semel que-  
rentem audiit atque indignantem in-  
numeros à poenis suis ODILONIS ab-  
solvi precibus. Eos inter Benedictum  
numerant VIII. Pont. Max. qui opem &  
ipse viri imploravit, & verò sensit etiā,  
ac gratus palam laudavit. Atque hoc  
stimulos subdidit ODILONI, ut sui  
quotannis diem agerent piatum ani-  
marum memoriâ insignem; quod in-  
stitutum id temporis uni illi familiæ  
familiare totus hodie Christianus orbis  
amplectitur. ODILONI nostro mor-  
tienti præsto ipse Christus fuit, Stygia-  
que larvas cum suis terriculamentis  
longè jussit faceffere. Nimirum quam  
opem mortuis vivi ferimus, moritum  
& ipsi sentimus. Ex Surio.

S. MACARIUS ALEXANDR.

2. Januarii.

Hunc MACARIVM nomine suo  
Alexandria; imò fallor, suo ille  
Alexandriam beavit. VII. annis sine  
cocto edulio sine omni somno dies XX.  
quadragintadiale jejunium sine omni  
cibo transegit. Satur intercà cæli deli-  
ciis, & piis nunquam non lacrymis  
ebrius. Inter hæc Cupidinem bella sibi  
moventem aggressus, culicum præsi-  
dio corpus cinxit; quos inter cùm sex

B 2

adeo

20 Vite Sanctorum. 3.I A.N.  
adeò menses nudus decertasset, horum  
aculeis longè hostem submovit. Quid  
multis? brevi tam parvo milite ingen-  
tem, & formidandum tyrannum debel-  
avit, Pœnitentem Sacerdotem à sacri-  
legâ Venere, & qui in pœnam afflic-  
corpore serpebat, cancro eâ lege absolu-  
vit, ut ne porrò sacrificaret impurus.  
Nec in homines solum pius, cœcum  
feræ, nescio cuius, partum sputo suo il-  
litū lumine donavit, ovisculæ exiviis  
gratâ parente vicissim donatus. Inte-  
precandum ita se ipsum fertur adhorta-  
tus: *anime mi, n. te in terras è calo demit-  
te: ibi Deum & cum Deo Dei aulam om-  
nem habes.* Viderat nimirum quando  
que, quām multiplici dolo astuque tur-  
bare precantum animos malus hosti-  
niteretur. Ob hæc aliaque ejuscemod  
prædicantibus verè MACARIVM, hoc  
est beatum, ut qui mundo tam bell-  
illuderet, illud responsi dedit, caverent  
ne ipsis mundus illuderet. Vivere por-  
rò desit, cùm annū ageret centesimū, &  
documento sanè fuit mortalibus, fru-  
galitate & vitæ religiosæ asperitate nos-  
minui annos, sed crescere. Ex vit. PP.

S. G O R D I V S M. 3.Ianuarii.

Potuisse olim eremum campum di-  
cere Martium, unde illi prodirent  
qui bella orbi, qui tyrannis moverent  
Ita GORDIVS etiam noster è nobili-  
mili-